

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6463

Autre(s) référence(s) : Bates 50 / ARTEM 2336

Auteur(s) : Guillaume Ier le Conquérant, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Caen, Saint-Étienne (abbaye)

Genre d'acte : diplôme

Authenticité : non suspect

Datation : [1081-1082]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume [Ier], roi d'Angleterre, donne de divers biens et droits à l'abbaye Saint-Étienne de Caen.

Tableau de la tradition

Original

A. Caen, Archives départementales du Calvados, H 1830.

Éditions principales

- a. La Roque de La Lontière Gilles-André de, *Histoire généalogique de la maison d'Harcourt*, Paris, Cramoisy, 1662, 4 vol., t. 4, p. 2216 (extrait).
- b. Dodsworth Roger, Dugdale William, *Monasticon Anglicanum, sive Pandectae coenobiorum Benedictinorum, Cluniacensium, Cistercensium Carthusianorum..., de canonicis regularibus Augustinianis...*, Londres, Longman, Hurst, Rees, Orme & Brown, 1817-1830, 8 vol., t. 7, p. 1071.
- c. Deville Étienne, *Notices sur quelques manuscrits normands conservés à la Bibliothèque Sainte-Geneviève IV*. Analyse d'un ancien cartulaire de Saint-Étienne de Caen, *Revue catholique de Normandie* n°14, 1904-1905.
- d. Davis Henry William Carles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, 1066-1154*, vol.1, *Regesta Willelmi Conquestoris et Willelmi Rufi, 1066-1100*, Oxford, Clarendon Press, 1913, n° xxi (extrait).
- e. Musset Lucien, *Les actes de Guillaume le Conquérant et de la reine Mathilde pour les abbayes caennaises*, Caen, Caron (MSAN ; 37), 1967, n° 6.
- f. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, the Acta of William I (1066-1087)*, Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 50, p. 237-240.

Indications

Davis Henry William Carles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, 1066-1154*, vol.1, *Regesta Willelmi Conquestoris et Willelmi Rufi, 1066-1100*, Oxford, Clarendon Press, 1913, n° 171.

Dissertation critique

Datation proposée par D. Bates (voir BATES, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, p. 228-239).

Texte établi d'après f

Ego Willelmus rex Anglorum, princeps Normannorum et Cenomannorum, trado coenobio sancti STEPHANI quod in burgo Cadomi a me constructum est, æcclesiam sancti AUDOENI de Vileriis cum tota terra quam dedit Milo mariscalcus, in maridagio cum filia sua, Arfasto in territorio Venuncii et Cadomi et Valceles. Trado etiam totam terram cum pratis Osberni masculi. Concedo quoque totam terram quam de me tenet Giraldus mariscalcus in territorio Cadomi, tam in alodio quam in foedio, medietatem quoque æcclesiæ sancti MICHAELIS cum medietate decime ad eandem æcclesiam pertinente, quam dedit iamdicto coenobio Rodulfus præbiter ut monachus fieret, concedente Hugone de Grentemaisnil, de cuius foedio erat. Concedo etiam domum Turstini Legrini quietam ab omni consuetudine, cum tribus iugeribus terræ, quorum duo habebat in vadio a Goisfrido filio Willelmi, tertium erat de alodio suo, et medietatem molendini quod habebat ad Montem Acutum. Concedo quoque quattuor iugera terræ quæ dedit eidem coenobio uxor eiusdem Turstini ut haberet præbendam suam inde quamdiu viveret. Concedo etiam tria iugera terræ quæ dedit Odelinus sutor pro prebenda sua. Concedo quoque domum quam dedit Rannulfus molendinarius post obitum suum, cum duobus iugeribus terræ quæ a Rodulfo Infante emerat, terram etiam Grentonis Haterel quietam ab omni consuetudine, terram quoque quæ fuit Guncselini præbiteri quietam ab omni consuetudine, centum quoque iugera terræ quæ tenet Hunfredus de Solariis in Grentivilla in alodio de me, quieta ab omni consuetudine, alodium etiam Rogeri de Burgesbu, in quo sita est domus sua cum tota amaisimento suo, et sex iugera alodii quæ tenet Willelmus frater eius in eodem territorio quieta ab omni consuetudine. Concedo quoque terram quam tenet Godebaldus de Maigne in Bracio. Concedo etiam eidem coenobio totum alodium Ansfridi de Polceio et nepotum eius, quod est in Algia, tam apud Sanctum PETRUM ad Ivos quam in aliis locis, quietum ab omni gravaria et bernagio. Concedo tres domos Odonis Saliultre quas tenebat de me Baiocis et Cadomi, quarum duæ sunt quietæ ab omni consuetudine, illa videlicet quæ est Baiocis et illa quæ est in castello Cadomi. Concedo etiam decem iugera terræ quæ tenet de me in alodio Ansfridus Bos in Cressetot. Concedo quoque alodium quod tenet de me Hamelinus de Galamancia in Cambis, æcclesiam etiam et terram Hugonis de Matrevilla quam dedit Hugo de Cueio Sancto STEPHANO. Concedo quoque partem terræ quam habebat Willelmus filius Harderedi citra fossatum per quod naves ascendunt in ortum Sancti STEPHANI, quam emit ab eo Gislebertus abbas triginta quinque solidos et scissuram eiusdem fossati quam emit idem ab eodem quinquaginta solidos, aliam quoque partem eiusdem terræ ultra fossatum, quam emerat ante Willelmus abbas ab eodem triginta solidos ad alveum molendini. Unde testes sunt ex parte Sancti STEPHANI : Anschitillus de Maletot, Ricardus de Pratellis, Robertus de Grainvilla, Warinus prepositus Divæ, Fremillus, Rainaldus nepos eius, Durandus de Harolvilla, qui omnes iam dictum Willelmum hec cognoscentem et fatentem audierunt. Ex parte Willelmi : Tedaldus filius Fulcheredi et Rogerus Bellus. Concedo etiam ut omnes naves in quibus res Sancti STEPHANI erunt, vel famulorum monasterii, sive ipsæ res emptæ sint ad pontem Cadomi, seu undecunque advectæ, securæ et sine omni licentia ministrorum meorum et sine omni disturbance cuiuscunque occasionis, ducantur in prædictum fossatum et reducantur iuxta commoditatem monachorum. Res vero burgensium Sancti STEPHANI eodem modo ducantur et reducantur, non in navibus, sed in batellis. Homini quoque qui navem Sancti STEPHANI ducit, concedo unam navem quietam ire et redire sicut navem Sancti STEPHANI. Burgum autem, quod eidem sancto dedi, concedo ut ita sit liberum, solidum et quietum sicut habeo meum, et omnes consuetudines quas habeo in meo, habeat sanctus in suo, nec prohibeatur unquam aliquis mercator, undecunque veniat, cum omnibus mercibus vel negociationibus suis venire in ipsum burgum, hospitari aut redire inde secure et sine omni disturbamento meorum ministrorum, reddito ministris Sancti STEPHANI theloneo negociationis suæ. Similiter eant securi homines de eodem burgo cum transierint mare, quicquid portent et ubicunque illud accipiant quod portent. Concedo etiam Sancto STEPHANO homines de Ros et Ceus liberos, solidos et quietos ab omni exercitu et carruagio [et gelt et co]llecta ut expediti sint ad paranda et portanda cibaria et omnia alia necessaria mona[chis] inibi Deo servientibus. Concedo etiam ut omnis qui aliquid ad propri[um] opus Sancti STEPHANI vendiderit, quie]tus sit a theloneo ipsius rei quam vendiderit, et ad vendendum non [attendat licentiam cuiuslibet mi]nistri mei. Eodem modo sit quietus a theloneo qui aliquid emerit [de propria re Sanc]ti ST[EPHANI] et [cui]datum fuerit aliquid de propria re ipsius sancti vel famulorum monasterii, si oportuerit eum transire per Cadomum, t[ran]s[er]ere sine omni theloneo ; similiter sint quieti ab omni theloneo et consuetudine omnes qui sunt [de proprio vict]u Sancti STEPHANI et clerici de Sancto [Nicholao].

+ Signum Willelmi regis Anglorum ducis Normannorum et principis Coenomannorum. [Signum Roberti] filii [regis +]. Signum Wil[elmi filii] regis [+]. Signum Henrici filii regis [+]. Signum Willelmi + archiepiscopi. Signum Gauffri+di Constantiensis episcopi. [Signum Roberti + Sagiensis episcopi.] Signum Gis[leberti] Luxoviens[is] episcopi. Signum Ro+geri comitis. Signum [Ro]ber[ti] + comitis Moretonii. Signum Roberti + comitis de Mellent. Signum Wil+l[elmi] de Bretolio. Signum Willelmi + Crispini. Signum Gualte+r[ii] Gifardi. [Signum Rogerii Bigoti]

+. Signum Ricardi + de Corceio. Signum Roberti + de Molberaco. Signum comitis + Hugonis. [Signum] Eudonis + filii Huberti. Signum Radul+fi de Todeneio. Signum Hugonis de Gorniaco +. Signum Henrici de Ferreriis +.